

Trotz vieler schlechter Vorzeichen in den IDEN des März geht Caesar in den Senat.....

Assidentem conspirati specie officii **circumsteterunt**,
ilicoque Cimber Tillius,
qui primas partes susceperat,
quasi aliquid rogaturus propius **accessit** renventique et gestum in aliud tempus differenti ab utroque umero togam **adprehendit**.

deinde clamantem: 'ista quidem vis est!'
alter e Cascis aversum vulnerat paulum infra iugulum.

Caesar Cascae brachium arreptum graphio traiecit conatusque prosilire alio vulnere tardatus est;
utque animadvertit undique se strictis pugionibus peti, toga caput obvoluit, simul sinistra manu sinum ad ima crura deduxit, quo honestius caderet etiam inferiore corporis parte velata. Atque ita tribus et viginti plagis confossus est uno modo ad primum ictum gemitu sine voce edito, etsi tradiderunt quidam Marco Bruto irruenti dixisse: καὶ σὺ τέκνον;
Exanimis diffugientibus cunctis aliquamdiu iacuit, donec lecticae impositum, dependente brachio, tres servoli domum rettulerunt. Nec in tot vulneribus, ut Antistius medicus existimabat, letale ullum repertum est, nisi quod secundo loco in pectore, acceperat.

NEU!

Die schriftlichen Unterlagen zu meinen Videos findet man auf

www.raphael-biere.de

Meine Kanäle auf YOUTUBE:

Mathematik:

<https://www.youtube.com/user/Mathematikaufgaben>

Latein:

<https://www.youtube.com/user/NachhilfeLatein>

Hilfen:

καὶ σὺ τέκνον; - (altgr) auch du, mein Kind?

Denkbare Vorgehensweisen:

...kolometrische Schreibweise

...Abklärung der Eigennamen

...Einrücken leicht erkennbarer Nebensätze

...Markieren leicht erkennbarer Verbformen am Zeilenende/ Zeilenmitte(KONNEKTOREN!!!)

...Partizipien, nd- Formen, PC, AblAbs

....Vokabeln abklären

.....erster Übersetzungsversuch